Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



tinguere uiderunt resurgere. Et fideles populos de ipsius resurrectione gaudere.

34

Filii hominum sunt. qui nece dni Impia uoluntate seuiebant. quorum dentes fuerunt arma et sagittae. Idest consilia pessima et uerba uolantia ad operationem mortis, Acuto gladio comparantur uoces illae quae dicebant. crucifige cruci fige.

Laqueum parauerunt. cum interrogationes xpo inferebant dolosas, Sic uoluerunt xpm incaruare. ut non nominaretur nomen eius.

36

Agit filius gratias patri. perquod et resurrexit a mortuis, Paratum se dicit ad agendas gratias. quia sibi sciebat futuram gloriam resurrectionis, Cantare diximus. gratiam uocibus referre, Psalmum dicere. praedicabili actione illum laudare.

tes me. DP

Misit ds misericordiam suam & ueritatem suam. ÷ &: eripuit animam meam de medio catulorum leonum. dormiui conturbatus.

Filii hominum dentes eorum arma & sagittae. ÷ & lingua eorum gladius acutus:

Exaltare super caelos ds. ÷ &: in omnem terram gloria tua.

Laqueum parauerunt pedibus meis. ÷ &: incuruauerunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foueam. & inciderunt in eam. DP

Paratum cor meum ds paratum cor meum. cantabo & psalmum dicam.

Exsurge gloria mea exsurge psalterium & cythara. exsur

Misericordia et ueritas. xps est. quem pater de caelo misit in mundum. nec una sine altera esse potuit. si solum misericordia fuisset. licentia esset peccandi. et si solum ueritas. non potuisset homo sustinere, Catuli leonum. significant plebem iudaeorum. quos principes et sacerdotes. qui sunt leones feruli uoluntate genuerunt, Dormiuit in cruce. conturbatus a fremitu iudaeorum,

Exaltare. ut qui pendens in cruce semper in tua maiestate cognoscaris regnare, Super caelos dixit. quia dns supernas uirtutes noscitur habere subiectas, Glorificatus est super terram. quando totum mundum replet ecclesia. In qua laudes domino iugiter concinuntur,

Bene dicitur fouea sententia mortis. quae mittit ad foueam, dixerunt enim, reus est mortis. et ideo dicti sunt foueam fodere. quia uisi sunt eum neci tradidisse. et ipsi inciderunt, Omnis enim iniustus uox. suos damnat auctores. et antequam alteri noceat. seprius ipse condemnet,

Exsurge dicitur. quasi surge ad miraculum faciendum, Exsurge psalterium et cythara. psalterium fuit quando